



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 6. Caroli Molinæi Scripta a Clemente VIII. damnata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

timor, eoquod Bethunius Franciæ Regis Orator accepto Genevensis expeditionis nuntio Papam accessisset, exponens, quod ipsius Rex Sabaudix Ducis violentias absdubio tota armorum vi ideo repressurus esset, quia Dux Francici Regis subditos corrupisse haud contentus, urbem in Verbiensi pace comprehensam, ac speciali Regis protectione munitam aggredi ausus esset, nec unquam a turbis cessaturus, donec inter ambos Reges bellum fuscitaverit: ad hæc vero Pontifex reposuit, quod fedulo, omnique conatu ejusmodi consilia præpediturus esset, de cetero autem Hispaniæ Rex in hac aggressione nullam partem haberet, nec Sabaudus ad eam Hispano aut Neapolitano milite usus fuisset, quinimo, addebat Pontifex, Emanuel adeo nihil de suo proposito mihi manifestabat, ut nequidem Hispanis quicquam communicarit. Hoc tamen responso parum contentus Orator abscessit.

## §. VI.

*Caroli Molinæi Scripta a Clemente VIII. damnata.*

Jam olim Caroli Molinæi, qui inter celebriores ævi sui Caussidicos Parisienses numerabatur, scripta & commentarii

Sæc. XVII.  
A. C. 1602.

*Bull. tom. 3.  
Constit. 89.  
Argentre  
Collect. jud.  
tom. 3. p. 171.*

Sæc. XVII. tarii ad Indicem librorum prohibitorum  
A. C. 1602. a Sixto V. auctum atque Clementis VIII.

*Possess. Jel.  
Bibl.*

jussu recognitum rejiciebantur: cum  
vero in vetita pronior sit conatus, in  
factum, ut non pauci, ac præcipue  
risperiti libros præfati Authoris sub  
rio obtentu passim evolverent: eapropter  
Clemens Papa pro Pastoralis sua sollicitu  
dine omnia præfati Molinæi opera  
novo edita Constitutione proscripsit, et  
vocatis quibuscunque licentiis pro  
puni ipsorum Læctione extortis aut  
petratis: declarat tamen Pontifex, quod  
libri juris Canonici una cum ejusdem  
annotationibus non permittantur, nisi  
iis deletis & emendatis juxta censuram  
Romæ in Typographia Apostolica jussu  
ejusdem Clementis VIII. hoc ipso anno  
impressam. Præcipue vero in Indicem  
auctoritate Pii IV. edito proscripta habentur  
ejusdem Authoris consilia de  
*de commodis vel incommodis novæ sectæ  
seu factitiæ Religionis Jesuitarum, necnon  
super factio Concilii Tridentini.* Hæc  
dem proscriptio per Sacræ Congrega  
tionis decretum confirmata est die decima  
Junii anno Domini millesimo sexcentesimo  
quingentesimo nono.

§. VII.

*Alia ejusdem Pontificis Constitutiones*

Par